



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. Terræ motu puniti etiam illi, qui suâ terrâ contenti non fuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

ritum ex testamento matri Ludmillæ feminæ integerrimæ regni administrationem, quoad filij adolescerent, reliquisse: immisissis satellitibus, socrum strangulavit, Boleslaum filium idololatram, in necem fratris Wencellai sanctissimi juvenis, inter epulas, armavit, aliâque multa nefanda fecit. Igitur ipsa, indigna quam terra sustineret, non multo post, apud arcem Pragensem, hiatus terræ absorpta interiijt, curru ad Proserpinam vecta, ne tardiùs eò perueniret. Aiunt nonnulli, aurigam eius mirabiliter euasisse. Nam cum eo loco transiret, ubi Missæ sacrificium mysta peragebat, audiens tintinnabuli sonitu signum dari, ad Christum in hostia sublimata adorandum, consueta pietate, ex equo desiliijt, atq; in sacellum intrauit. Ibi operæ pretium tulit. Nam eo vix ingresso in ædem sacrâ, Furia illa moras trahenti aurigæ irata, in abyssum cecidit. Quo tempore, utique diuinus iudex voluit terrâ, velut cribro, triticû à palea subcernere. Aliàs vno casu inuoluit, qui scelere vno impliciti, sicut delictis iuncti fuerunt, ita meruere etiam supplicio copulari. *Carura, in Phrygia Carieq; confinio vicus diuersoria habuit, & feruentes aquas in Maandrum exeuntes.* Ibi fama est, Leonem, cum magno scortorum grege, in diuersorio hospitatum, facto, per noctem, terra motu, cum omnibus perijisse. Nimirum Ambubaix thermis indigebant, quibus vitæ sordes abluerent; si tamen abluì potuerunt, quæ nimis infederant. Nec Leo, tot flagitijs obrutus, obrui mitiùs debebat. Iacet, apud quas voluit, non quo voluit, sed quo meruit pacto.

Idem cap. 61.
Aliz.

V.
Pontan. de
Fortitud. he-
roic. li. 1. c. 8.
Diodor. li. 11.

Hæc vel singulos, vel paucos duntaxat pleraque tetigerunt. Pontanus refert, in Hirpinis, grauissimo terræ motu, tota oppida non quassata tantùm, sed etiam funditus euersa. Ea strage, in Samnio, Lucania, atque illa Campaniæ parte, quæ cis Lirim est, ad quatuor & viginti hominum millia ceciderunt, Diodorus memorat, circa Olymp. 78. Spartæ, complures domus magnis terræ motibus concussas, funditus corruisse; supraque viginti millia Spartanorum ruinis obrita interiijisse; ac deinceps assidue, per longum tempus, vrbe ita terræ motu concussâ, ruentibus ædificijs, multa mortalium corpora cadentium murorum mole obruta expirasse: rerum etiam opumque, & supellectilis cuiusque generis haud exiguam quantitatem soli tremore absumpta. Ex

suborp

Gg

Trogo

Sobell. lib. 3. Trogo narratur, cum Tigranes Armenia rex Syriam occupasset, eam crebris terræ motibus sædè vastatam esse. Qua clade centi septuaginta Syrorum millia multæque vrbes vnâ interierunt. Quod prodigium mutationem rerum, quæ postea secuta est, potendè, aruspices responderunt. Sed videtur potius terra nouo incolas auersata, ad eorum aduentum cõhorruisse. Qui enim terra non sunt contenti sua, digni sunt, vt pereant in aliena; quæ sape, vt Alexandri equus fessorem, indignum possessorem excutit.

VI.
Ranulphus
lib. 7. cap. 15.

Quamuis nonnunquam, terra quoque ipsa ad alios migræ digniores. Quo pacto, in Italia, cum terra, per quadraginta continuos diés quateretur, villa quædam mota, Anno 1117. ad alium præcul distitum locum transuolauit. Et sæpius ita tellus tremuit vibrauitque. Talis enim motus *abstulit insulas mari, præxitq; terris: Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Ethos in Mindo, Dromiscon & Pernen Mileto, Narthecusam, Parthenia pro montorio.* Aliæ multæ insulæ à Plinio recensentur, loco motæ, vt absorptæ, vel interruptæ haustæque. Quin etiam nascuntur, ac

Plin. lib. 2.
nat. hist. c. 89.

Ibid. cap. 86.

modo, terra, ac repente in aliquo mari emergunt, volut paria faciente natura, quæq; hauserit hiatus, alio loco, reddente. Vsq; ad etiam prodesse potest terræ tremor, vt terras reddat. Sed nulla maior vtilitas, quàm quòd homines doceat timere Deum terræ concurentem. Cum Christus, in cruce infamè interfectus esset,

Matth. 27. 51.

obstupuit natura, & terra mota est, & petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt. Non caruit fructu suo motus ille. Siquidem Centurio, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: Verè Filius Dei erat iste. In terra motu docibiles Dei, Deum agnoscunt, omnipotentiam illam intelligunt, iram metuunt, de peccato, velut de sepulchro resurgunt. Idcirco enim terram concutit Deus, vt petra & saxea impiorum corda scindantur. Quæ si obstinatè pergunt ire in seclera, & Seruatoris contemnere passionem, calcare sanguinem, De se misericordia indignos faciunt, eiusque sanguinem cogunt in calum clamare. Quod, apud Moscum, Georgius Abbas, in Palestina vidit, testatusque est, cum extra ordinem audicus esset eiulare; eo quòd vidisset iratum in sublimi throno Christum, & quodam

Moscos Eui-
rat. in Prat.
spir. cap. 50.